creditor vel is qui ab eo casibus habet tot fructus perceptit ex pignore que satisfactum est sorti. debet pignus restituere debitori. p. ponit f. z. diffini. ibi nos. **¶** Ad. ibi quondam p. tu. p. com. usu loquendi quando denominatur pater alicui qui iam defunctus est. et fit questio. qd si in istis dicitur tunc filius septonij et septonius est mortuus. nunquid valet instrumentum. cum non sit apposita dictio quondam vel similis que habet tollere illam qualitatem de presenti et ponere in preterito. **¶** Spe. in ti. de instru. ed. §. restat. ad finem tenet instrumentum non vicari. et idem glo. an. hic. qd non. fac. qd non. **¶** Imo. in. c. fraimitas de heredi. Quid autem si pater vivit. et apponit dictio quondam. dicit qd etiam non vicariatur in istis quia hec dictio et dictio oli etiam designat et tempus p. se. et tempus futurum. vt non. in. c. oli. de offi. dele. et dicit vt ibi. **¶** Ad. scdo qd creditor potest rem sibi pignoratam alteri pignorare. vt habetur clarius **¶** C. si pig. pigno. da. sit. per totum. idem est in herede creditoris. vt hic. **¶** Tertio nota qd resolutio iure actoris resoluitur ipso facto ius successoris. concordat. l. vectigali. ff. de pignori. et colligitur hoc ex tex. qz si fructus percepti a primo creditore extingunt debitum principale vna cum fructibus perceptis a secundo tenetur secundus restituere rem pignoratam. licet suum integrum debitum non percepit satis est qd debitum principale sit sublatum non tamen potest primus creditor in maiori quantitate pignus obligare quam sibi obligatum fuerit

**¶** Nota qd creditor licite vendit fructus quos percipit a re pignoratam si precium accedit in solutionem sortis. et nota qd hoc casu fit compensatio ipso iure. **¶** Ultimo nota hic tex. optimum qd debitor potest agere contra creditorem pro pignore. sed secundo non contrahit. **¶** Sed contra hoc fortiter opinamur actio personalis que oritur ex mutuo non transit contra singularem successorem. cum si debitor non contrahit cum secundo. non videtur qd possit agere contra eum. sed potius contra primum. et primum contra secundum. vt videtur tex. in. l. petenti. ff. de pig. acti. et credo qd ob hoc doc. hic variant in coniecturando actionem intentatam contra istum creditorem. nam aliqui dicunt qd agit rei vindicatio que competit domino contra quemlibet possessorem

sed certe hoc non colligitur ex littera. nec apparet qd se probauerit dominum. quod est necessarium agenti reivindicacione. **¶** Alij dicunt qd fuit actum iudicis officio. vt sentit **¶** Postie. potest adduci bonus tex. in. l. ij. C. si pig. pigno. datum sit **¶** Alij qd egit pignoratitia actione. sed non placet. **¶** In. no. quia actio personalis non transit in tertium. sed ego aliter dicerem. dico enim qd vbi interuenit pignus oritur duplex actio. nam potest creditore agere hypothecaria. que est actio realis. **¶** Item agere personali. pro hoc. l. creditor qui non idoneum pignus. ff. si cer. peti. ita dico ex parte debitoris. nam pignoratitia actio licet personalis nihilominus est scripta in rem. ideo pignoratitia saltem utilis potest competere contra creditorem argu. eorum que notantur in. c. ex parte. b. de fo. compe. sic nos dicimus in secundo creditore qui agit utilis contra primum debitorem cum quo non contraxit. vt. l. i. C. si pig. pigno. da. sit. **¶** Conclude ergo qd aut datur utilis pignoratitia. aut officio iudicis. **¶** Sed questio est notabilis in materia vtrum secundus creditor possit pignorare pignus tertio et sic in infinitum. vide spec. eo. ti. §. vbi. sed cum pignus. vbi dicit qd non potest pignorare ultra tertiam vicem. vt infinitas emittet. argu. c. cum in multis. de rescrip. li. vi. nota bene hoc dictum quia singulariter limitat totum titulum. C. si pig. pigno. da. sit. **¶** Est et aliud dubium quid si pignori tibi rem et tu pignoraisti petro et petrus pignoraui vel vendidit alteri qui forte absentauit se cure. quod remedium dabitur primo debitori ad consequendum pignus ex quo res non potest haberi. et ille qui vendidit non est presens. vide Spe. in dic. loco vbi. sed querit. vbi non. dicit qd potest agi contra primum. sed primum liberatur cedendo actionem contra secundum. quia cum legitime pignoraui rem alteri liberatur. ex quo ipse desinit sine dolo possidere. et idem dicit in secundo respectu tertij quod bene nota. **¶** In glo. i. in fine non glo. singularem maxime pro limitatione eorum que notantur in. c. grauis. d. resti. spol. vult enim hec gl. et bene qd creditor tenetur ad fructus non solum quos percepit de re pignoratam. sed etiam eos qui potuerunt percipi. et ex negligentia sua non fuerunt percepti. **¶** Postien. in summa. eo. ti. §. quando efficaciter. vbi. sed nunquid. videtur sentire oppositum. vt solum teneatur ad perceptos. et licet **¶** No. an. simpliciter transeat hic tamen in. c. i. et. ij. de vsur. tenet cum ista gl. et pro eo est casus in. l. ij. C. de pig. ac. **¶** Et ad materiam glo. adde conformem questionem quam ponit Spe. eo. ti. §. i. vbi. quid si obligasti mihi. vbi dicit pignoraui domum quam ego inhabitauit. an ego tenear ad pensiones quas tu percepisses. an ad eas quas ego soluissem si fuisset conducturus. et inclinat in partem vt solum tenear ad illas quas ego prestissem. per. l. in summa. §. in frumento. ff. de de condic. inde. sed sua distinctio mihi ex toto non placet per dictum huius glo. et per dictam l. ij. vnde distingue qd aut simpliciter domus sui

pignozata. et tunc tenetur ad pensionem que com-  
muniter potuisset percipi a quocumque alio. aut fu-  
it actum ut inhabitaret domum. et tunc forte pro-  
cederet dictum Specu. quod tamen in hoc ca-  
su est satis durum per predicta. nec ob. ille. §. in fru-  
mento. quod loquitur quoniam idebitur per errorem habitatio fuit  
tradita. nam tunc non obligatur recipiens nisi in  
quantum effectus est locupletior. ut ibi notabili-  
ter probatur. quod nota pro similibus questio-  
nibus. sed in casu nostro loquitur in contractu  
qui fit gratia utriusque in quo tenetur creditor per-  
stare diligentiam in fructibus seu redditibus re-  
colligendis in rebus pignozatis. et nota quia  
faciunt ad multa. **In** gl. si. intellige finem gl.  
quando res comodata effecta est deterior ex cul-  
pa commodatarii. secus sine culpa sua. quia vide-  
tur dominus consentire ex quo ad certum usum  
comodatur. l. si mihi. alle. in glo. idem dicendum  
in re locata. et fortius. sed in re pignozata aliud  
dicendum. quia non potest sine culpa mea ex usu  
effici deterior. nam committo furtum utendo re  
pignozata. l. si pignozati. ff. de fur. nisi visum fuerit cre-  
derem dominum permissurum. ut non. in. c. dudum.  
de elec. et in ff. de obli. q. ex delict. naf. in. §. placuit

**S**ignificante Si is q  
lib pacto  
legis commissorie pignozavit rem suam  
et iuravit non contravenire. iuste impeditus in-  
fra diem statutum non redimit. post diem redime-  
re potest. et primo ponitur querela. secundo da-  
tio iudicium. ibi cum igitur. Et pro intellectu sci-  
as quod pactum legis commissorie fuit inuentum ad  
dissolvendum contractum emptionis et venditi-  
onis. et pone exemplum prout dicitur in glo. ij.

**N**ota primo quod iudex ecclesiasticus potest  
adiri inter laicos. quos ad hoc ut fructus seu red-  
ditus rei pignozate restituantur vel in sortem com-  
porentur. idem ut interpretetur iuramentum an-  
ligaverit iuramentum vel ne. Ratio primi est quia  
nolle restituere fructus vel redditus est usura.  
ut in. c. i. et ij. de usur. et ratione usure ecclesiasti-  
cus est iudex competens. de usur. per totum.  
Ratio secundi est clara per. c. venerabilem. de  
elec. et. c. novit. de iudi. nam iudex secularis non  
potest interpretari iuramentum dubium. ut in in-  
tribus preallegatis. licet possit compellere ad ob-  
servantiam liciti iuramenti. c. licet. de iureiuran.  
li. vi. ubi bonus tex. **Ad** secundo quod impossi-  
bilitas vel iustum impedimentum impedit com-  
missionem pene et transgressionem iuramenti non  
ergo incidit in peritium qui iuramentum non  
observat quando non potest. quod bene nota  
pro istis qui iurant aliquid facere vel solvere et  
ex necessitate adimplere non possunt. nam deus  
non vult quem obligari ad impossibile. Ratio  
rationis est quia non est peccatum nisi sit volun-  
tarium. xvi. q. i. in prin. sed ubi impossibilitas ces-  
sat ibi cessat voluntas. et facit bec littera et predi-  
cta in argu. optimum quod iudex precepit sub pena  
pena excommunicationis subdito ut aliquid fa-

ciat. si ex necessitate adimplere non potest. ut non  
incidat in excommunicationem. nam in dubio non  
presumendum quod iudex voluerit illum obligare  
ad impossibile. quidam tamen dicit aliud in ex-  
communicatione. vide Innocentium in. c. p. et. g. de off.  
delega. et gl. i. c. ij. §. d. testi. cogen. et ibi tetigi.

**Ad** tertio unam bonam regulam ex tex. quod iura-  
mentum prestitum in casu a lege prohibito obli-  
gat iuramentum si prohibitio legis emanavit in odi-  
um alicuius et in favorem iurantis. Ratio quia  
potest iuramentum servari sine peccato iurantis  
istud enim iuramentum de quo hic obligat iura-  
mentum. ut satis colligitur ex tex. et expresse tenet In-  
nocentius. sed non credo quod firmet contractum. quia pa-  
pa hic simpliciter damnat factum de per se. et iu-  
ramentum interpretatur de per se. sed de materia  
mittit ad plene nota i. c. cum contingat. de iureiur.  
et per Bar. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiur.

**Item** nota quod detentio in carceribus excusat cap-  
tum a pene commissione in eo quod non adim-  
plevit quod facere tenebat. **Ultimo** nota quod  
pensiones domus pignozate debent computari  
in sortem. et cum tex. hic non aperiat intelligo in  
distincte siue creditor inhabitaverit domus siue  
alius. circa quod vide quod dixi in. c. preceden-  
ti.

**In** glo. in verbo commissorie. in si. hic sunt  
duo videnda pro declaratione tex. et glo. primo  
an et quando pactum legis commissorie reprobat  
in pignoribus. secundo quare admittitur in con-  
tractu emptionis. et reprobat in contractu pi-  
gnozis. Quo ad primum distingue post Bar. in  
l. quantum. ff. de solu. et habetur per Ly. in. l. si.  
C. de pac. pig. et aliquid per Jo. an. hic. aut enim  
fit pactum forte non soluta infra certum tempus  
res pignozata vendatur. seu vendita sit iusto pre-  
cio. et valet pactum quia non decipitur hic debi-  
tor in precio. sed bono viri. iudex arbitrabitur  
iustum precium ad hoc. l. si. C. de iure dotium.  
Aut fuit dictum ut res pignozata esset vendi-  
ta vel data in solutione pro debito. et aut inconti-  
nenti fuit appositus hoc pactum vel ex interval-  
lo. si incontinenti non valet pactum cum credito-  
re. ut hic. et per totum titulum. C. de pac. pigno.  
sed cum fideiussore vel extraneo valet pactum.  
l. si. ff. de contraben. emp. **Si** vero interuenit  
pactum ex intervallo valet quo ad retentionem  
non quo ad actionem. l. ij. C. de pac. pigno. fm  
unam lecturam que communiter tenetur. quia  
non videtur necessitate ductus hoc pactum face-  
re. Au. fuit dictum ut non soluto precio res esset  
empta vel quod daretur in solutum. sed non fuit ad-  
iectum pro debito. et valet. et debet intelligi ut ha-  
beat iusto precio. ut est argu. in. l. si in fraude  
ff. eo. et idem ubi cumque mutarentur verba. debet. n.  
habere respectus potius ad effectum. nam hic in-  
teruenit pactum non ut res esset empti vel data  
in solutum. sed non ut molestaret creditorem su-  
per re pignozata. et tamen non valet. quia in ef-  
fectu idem continebat quod venditio. et hoc quo-  
ad primum. **Quo** ad secundum quare reprobat

in pignozibus. due rationes comuniter redduntur. primo quia obligatio pignozis solet fieri p. minoz longe quatitate qz res valeat. vnde si valeret illud pactum multum deciperet debitor. q. cupiditate habendi mutuū de facili iniret omne pactum. vnde voluit lex in hoc prospicere vtilitatibus subiectozū. que ratio cessat in contractu emptionis. nam comuniter res venditur pro iusto precio. nam si contractus dissoluitur non decipiuntur contrahentes. alia ratio est nam si valeret hoc pactum creditor vix aut nunqz mutualet sine isto pacto. quod profecto continet in se crimen vsurarum. quia mutuans non debet ponere spem in lucro consequendo. c. consuluit. j. de vsur. sed in tali pacto creditor haberet spem consequendi illud lucrum. quia haberet rem elapso termino p. iniusto precio. et hec est bona et efficax ratio. et versatur in predictis odium creditorum salus animarum. et fauor subiectozum. q. omnia cessant in contractu emptionis et per hec est clarus intellectus huius. c. quod nota. ¶ In in verbo certum. nō glo. iuncto tex. q. malicia nūcij non nocet domino mittenti. sed in contrariū facit iste tex. alio respectu. nam pecunia appozata per nuncium perijt mittenti. naz tenetur de nouo soluere debitum. vt in si. c. Sed in contrarium facit. l. argumentum. ff. cōmo. vbi dicitur q. si argentum tibi comodatum remisi per nuncium qui reputatur fidelis. perijt domino et nō remittenti. Solu. quandoqz species debita remittitur per nuncium qui reputabatur fidelis. quādoqz quantitas. primo casu periculum pertinet ad dominum et non ad remittentem. quia casus fortuitus imputatur domino ex quo culpa non precessit. vt in. c. vnico de cōmo. secūdo casu pertinet periculum ad mittentem. ratio quia coispo q. mutuat tibi pecuniam dominum transit in me. l. ij. ff. si cer. per. vnde si per datur ante qz perueniat ad manū creditoris perijt ipsi debitori. q. adhuc est dominus. et ita loquitur iste tex. vnde potes facere regulam q. periculum interitus rei pertinet semper ad dominū. ideo si creditor misisset nuncium ad recipiendum pecuniaz mutuatam periculum pertinet ad ipsū. et essemus ex casum huius. c. quia incontinenti q. tradidi nuncium tuo ad hoc destinato dominum pecunie pertinet ad te. arg. in. l. quod tibi donatum. ff. d. dona. et de isto nuncio vide glo. in. c. p. s. b. l. xxxv. dis. plenius p. Bar. in. l. cum qui. ff. cōmo. et hoc fuit de mente doc. hic. sed infidelitas nūcij excusat hic mittentem ratione iuramenti vt non incederet periurium vel penam. Et in fine glo. dic q. in contrariis fuit quis in culpa in mittendo nuncium non idoneum. sed iste tex. loquitur quādo nuncius comuniter reputabatur idoneus

¶ Sed extra glo. queritur nunquid debitor tenetur ire ad domum creditoris pro debito soluendo. an ecōtra creditor ad domū debitoris. In no. per istum tex. arguit q. debitor tenetur ire vt mittere ad domū creditoris. nam hic pondera

tur q. detentus debitor nō potuit infra terminū satisfacere. et q. misit nuncium ad creditorem. s. tu vide latius gl. et Bar. in. l. item. ff. de consti. pecun. et distingue post eum. aut solutio debet fieri respectu alicuius rei p. aliq. re. aut non. primo casu si creditor et debitor sunt eiusdem fori debz idem debitor ire ad domū creditoris. sed si sūt diuersi fori non tenetur ire ad domū creditoris. sed satis est q. dicat in domo sua paratus sū satisfacere si quis esset qui reciperet. et hoc notabiliter voluit tex. cum glo. in dicta. l. item. ¶ Ex infertur q. si emphyteota non est de foro domini non tenetur pro canone soluendo perquirere dominum. secus vbi essent eiusdem fori. sic intellege. c. potuit. de loca. arg. l. ij. C. de iur. emphi. et nota quia est optima glo. ad illa iura que dicunt simpliciter penaz committi ex non solutōe. Si vero solutio est fienda non respectu alicuius rei et tunc si respicit commodum persone debet adire ipsum creditorem. l. q. autem. ff. de oper. liber Si vero respicit commodum burisale. aut volo mibi ex solutōe aliquid acquirere. et tunc debeo ire ad domum creditoris. bonus tex. in. l. cum q. dam. de condi. infertis. C. si enim alicui relinquitur libertas si soluerit heredi cētum. tenetur ire si vult consequi libertatem ad domum heredis. aut volo vitare mortem vel penam. et distingue vt supra in primo membro. aut sunt eiusdem fori. aut volo purgare mortem commissam et debeo adire ipsum creditorem. pro. l. penultima. ff. de condic. indebi. et dicta. l. cum quidam. et aduerte quia in casibus in quibus dixi q. tenetur adire domum alterius. intelligas q. debet querere creditorem apud vicinos et notos et in locis in quibus est solitus conuersari. non autem tenetur querere per loca clandestina. ij. q. vi. b. iduum. quod voluit Bar. in dicta. l. item illa.

**¶** **Am constet** ¶ Per tinet ad secundam partem rubrice. et hoc dicit. C. usufructuarius cauet q. fruatur rebus immobilibus salua ipsarum substantia et pecuniam et estimationem mobilium que consumitur vsu finito vsufructu restituat. primo questio. secundo mandatum. ibi mādamus. secunda pars continet duo dicta. secundū ibi pecuniaz. ¶ Nota primo q. in bonis alicuius potest vnus succedere in proprietate et alius in vsufructu. ¶ Nota secundo q. vsufructus finitur morte vsufructuarij. et tenetur vsufructuarius restituere illa bona in morte proprietario. ¶ Ex hoc infertur ad questionem. nunquid per ingressum religionis extinguitur vsufructus. cuz fingatur ingrediens mortuus ciuilitate. xvi. q. i. placuit. el. ij. quidam tenuerunt q. sic. sed comuniter tenetur oppositum. vt monasterium habeat vsufructum in vita ingredientis. de quo vide gl. xix. q. vltima. si qua mulier. de quo per doc. in presentia de. p. ba. facit quod notatur in. l. deo nobis. C. de epi. et de. et auct. ingressi. C. de sac. sanc. eccle. et d. auct. f.



qua. eo. ti. **R**ota tertio qualem cautionem tenetur prestare usufructuari. et dic plenius quod text. ut colligitur ibi ex. l. i. ff. quemad. usufruc. ca. et ut colligitur hic ex glo. in verbo immobilibus debet enim cauere dupliciter. primo quod utetur rebus que usu non consumuntur arbitrio boni viri salva rerum substantia. i. sicut quilibet bonus vir utitur et fruitur re propria. secundo quod finito usufructu debet restituere proprietario id quod superest. in rebus vero que usu consumuntur debet prestare cautionem de eis exhibendis in eadem qualitate vel si vult consumere quod prestabit estimationem illorum bonorum. **E**t aduerte quia iudicio meo auctor fuit hic diminut. de q. multum miroz in persona Gregorij noni qui fuit subtilissimus legista. nam solum complectitur bona immobilia que usu non consumuntur. et bona mobilia que usu consumuntur. nihil autem dicit de bonis mobilibus que usu non consumuntur sed minuit ut vegetes serui et similia que ex usu veteri cuncta et minuitur. non autem ipso facto consumuntur quemadmodum consumuntur pecunia vinum frumentum oleum et si. Federi. de senis dubitauit de ista tertia specie bonorum. et ut refert consilio. xvi. consuluit dominum Jo. palliacensem ciuem senensē. s. ex rursus sua vix potest colligi certum rursus de quo non minus miroz. Ego diceres saluo meliori iudicio de hoc quasi esse casum in. d. l. i. ff. usufruc. quemadmo. ca. si recte ponderetur littera in princ. nam ibi dicitur quod usufructuarius debet cauere de utendo et fruendo et. et de restituendo quod supererit finito usufructu. et subijcitur in tex. quod illa stipulatio habebit locum tam in rebus mobilibus quam soli. i. immobilibus. unde coniungendo verbum mobilibus cum qualitate cautionis precedentis. quia promittit restituere quod supererit finito usufructu. satis colligitur quod idem iudicium est de rebus immobilibus. et de mobilibus que usu non consumuntur sed minuantur. unde iste tex. in fine facit specialem mentionem de pecunia. quia usu illa consumuntur. et pro hoc facit. l. i. ff. de usufruc. ea. re. que usu consumuntur. vbi iste due qualitates bonorum ponuntur ut diuersa. s. bona que usu consumuntur. et bona que usu minuantur. unde iura que volunt ut excommunicatio prestatetur. loquuntur in rebus que usu consumuntur ut hic. et in. l. si ibi oleum. ff. de usufruc. ea. re. que usu consu. ergo non debent extendi ad bona que usu non consumuntur. nam esset magnum preiudicium ipsi usufructuario. **A**d idem adduco bonum simile. nam si comodantur res que usu minuitur. damnum petinet ad dominum et non ad comodatarium. ut. l. eum qui. ff. com. **F**ertius hoc dicendum in usufructuario qui naturaliter possidet. ut damnum inde contingens sine culpa sua cedat proprietario et non sibi. et hoc bene nota. **I**n glo. in verbo idoneam in si. sed contra hoc facit. nam falcidia continet fauorem heredis et tamen potest remitti a testatore. ut in auct. s. cum testator. C. ad. l. falcid. **L**y. tractans hunc articulum

post **D**e. in. l. i. allegata in gl. concludit quod cautio prestanda in rebus que usu consumuntur potest remitti a testatore. sed prestanda in rebus immobilibus seu que usu non consumuntur non potest remitti a testatore. et in istis rebus intellige istam glo. **R**atio diuersitatis est quia in rebus que usu non consumuntur si valeret remissio cautionis daretur materia delinquendi. quia non curaret uti ut bonus vir. sed in alijs cessat ista ratio cum teneatur solum restituere meram estimationem et sic continet merum fauorem testatoris. et proprietarij et est distinctio satis equa. **I**n glo. in verbo usufructuarius. nota bene hanc gl. quod clerici in fructibus beneficiorum comparantur usufructuarijs et non usufructuarijs. nam usufructuarius potest ad libitum disponere de fructibus et potest de eis donare retestari et similia facere. sed usufructuarius habet solum id quod probabili ratione consumitur. ad idem quod ista gl. tenet gl. in. c. cum olim. de rer. p. m. in. c. si. de pec. cleri. et. c. quia nos de testa. et. c. res. xij. q. i. glo. tamen in. c. duo sunt genera. ea. causa. et. q. dicit quod clerici sunt domini fructuum. sed intellige quod sunt domini in bene administrando et dispensando. nam etiam probabiliter donare possunt etiam si sunt prelati regulares. ut est tex. in. c. ceterum. de don. sed non debent dispensare vel improbabiler dispensare. glo. tamen quam allegat totus mundus distinxit prout habetur in. c. presenti. de offi. or. li. vi. dicit ut ibi. sed ego plenissime dixi in repeti. c. cum esses de testa. vbi tetigi hunc articulum et multos alios ad manum et aliqui tagunt in. c. peruenit. j. ti. proxi. **I**n glo. in verbo immobilibus. ibi cum certum est proprietatem redire et. pone exemplum legatus est pure usufructus. proprietas autem ad certum diem hoc casu non est prestanda cautio. ut in. §. plane. allegato in glo. **I**n glo. in verbo pecunias in si. supple et non minima. nam maxima capitis diminutio est cum perdit quis ciuitatem et libertatem. media cum perdit quis ciuitatem et non libertatem. puta quia est deponatus. minima est cum mutat statum quia transit in potestatem alterius. non tamen perdit nec ciuitatem nec libertatem de quo dicendum. ut in. l. de capi. dimi. **I**n gl. si. gl. ista non firmat pedem sed soluz recitat opi contrarias. et opi. primam tenuit **D**e. secundam vero tenuit **A**ccur. in. l. usufructus. C. de usufruc. **A**lij dicunt quod usufructus debet sequestrari argu. in. l. litibus. C. de agri. et cens. li. xi. **D**ostie. dicit quod prima opi. est communior. sed secunda iustior. et posset teneri media via scilicet cum ut admittatur cautio iuratoria. sed si non utetur sicut bonus vir abdicabitur ab eo usufructus. **W**ar. in dicta. l. usufructus. dicit quod aut usufructuarius est suspectus. et non sufficit iuratoria. aut non est suspectus et admittitur. et hec distinctio mihi placet habet enim maximam equitatem. ar. in. l. si fidei. in. l. si quis cautio. et in. c. per vestras. j. d. do p. dinor. resti. vbi bon. tex. in simili. et in auct. generaliter. C. de epi. et cleri. **S**ed extra gl. q. ro

de questione quotidiana .pone q̄ usufructuari⁹  
non cauit a principio sed recipit fructus. nungd  
fecit illos suos an teneatur illos restituere tāq̄  
indebite perceptos. glo. iuris ciuilis reperiunt  
contrarie. naz in. l. si cuius. ff. de usufruc. tenet q̄  
nō facit fruct⁹ suos. sed in. l. vxori. ff. de usufruc.  
lega. tenet contrarium. **Doc.** in dicta. l. usufruct⁹  
z hic cōmuniter distinguūt. q̄ aut bona fide fce  
pit fruct⁹. puta quia non fuit exacta cautio. nec  
maliciose distulit prestare. z tunc habet locū gl.  
in. l. vxori. Aut exactus nō prestūit cautionem  
vl' fuit mala fide. q̄ maliciose nō p̄stitit cautionē  
cum sciret se obligatum. z procedūt glo. in. l. si cu  
sus. pro hoc facit. l. s̄ z si. in. §. scire. ff. de peti. be  
re. vbi errans in iure facit fruct⁹ suos. z bec disti  
ctio est satis equa. **Abbas.**

### De fideiussoribus. **Hica.**

**S**upra visum est de reb⁹ q̄ p̄ debitis pigno  
ri obligant. restat videre de fideiussorib⁹ q̄ pro  
alienis debitis intercedūt. Et est aduertendū q̄ h  
solū ponit in **Hica** de fideiussorib⁹. s̄ in. ff. z. C.  
z auē. ponit etiā de mandatorib⁹. mandator au  
tē interuēit a principio. fideiussor pōt accedē an  
factū z post vt hic. z in. d. auē. itez scias q̄ fide  
iussor pōt accedē obligatōi siue sit naturalis tā  
tuz siue ciuilis tantū siue ciuilis z naturalis. vt  
ff. e. l. i. An autē in casu criminali possit interuenire  
fideiussor. dic q̄ sic vbi crimē nō ē ita magnū q̄ nō  
venit iponēda p̄ea cor̄poral. als sec⁹. sic itelle. e.  
si clericos. d. s̄. ex. li. vi. z tex. i. l. diu. i. iuncta. l. si q̄  
ff. de custo. z exbi. reo. z vide bonū tex. in. c. cuz  
homo. xxiiij. q. v. vbi tractat qd si re⁹ fuit fideiuf  
sorib⁹ tradit⁹ postea fugaz cepit. nūqd fideiussor  
res debeāt decapitari p̄supposito q̄ re⁹ cōuict⁹  
veniret decapitad⁹. z de hac mā dic vt notat **Ly**  
in. l. ad p̄mētariensē. C. de cust. z exbi. re. z **Bar**  
in. d. l. si q̄ reum. z conclusio est q̄ nō. quia nō pōt  
quis ex cōtractu ad capitalem penā se obligare.  
ga nemo ē dñs mēbroz suoz. xxiiij. q. v. in. c. si nō  
licet. z in. l. liber homo. ff. ad. l. acq. sed disti guif  
vtrū fideiussorēs fuerit in dolo. z tunc pena erit  
arbitraria. si extra dolum puniēt pena pecunia  
ria ad quā obligauerūt se. z si nō fuit exp̄ssa quā  
titas iudex arbitrabit. de mā dic vt in loci p̄alle.

**C**lericus Breue ē  
z nō pōt  
breui⁹ sūmari. p̄ intellectu hui⁹. c  
p̄ oppōit cōtra p̄maz p̄tem de. c  
sequēti. z. c. cōstitur⁹. vbi cleric⁹  
obligat ex fideiussōe. **Par** gl. duas solutōes. p̄  
q̄ tex. iste. phibet frequētiāz dūtaxat. vñ dictio  
in ponit hic augmētatiue seu frequētiatē. z ē sen  
sus infuēs id est valde seruiēs. sile in. l. gall⁹. §.  
ille casus indifficilis. ff. de libe. z post. nā ibi po  
nit indifficil. i. vale difficile. **Qu**q̄ dictio in stat  
p̄uariue. vt in. c. ad nostrā. de cōsue. z h̄ nota pro  
significato hui⁹ dictionis q̄ cōpōit cum alia di

ctione. **S**ecūda solū. est q̄ cleric⁹ nō debz fide  
iubere. si tamē p̄rium fecerit obligat⁹. vt in cōtra  
rijs. z bec solutio ē bona in se. dicit tū **Docti.** q̄  
solū tenet de patrimōio vel de redditib⁹ bñficij  
sui quos facit suos q̄si in p̄iudiciū ecclie nō valz  
fideiussio. de q̄ lat⁹ dicā in. c. seq. **T**ertio soluit  
alij q̄ nō debet. p̄ laico s̄ p̄ clerico sic in cōtrari  
is. hoc dictū mibi nō placet. idifficere bñi crederē  
q̄ vbi laic⁹ magna necessitate ducit pōt licite cle  
ric⁹ fideiubē. p̄ eo qz est magnū pietat⁹ opus s̄  
uenire. pximo indigēt. z hoc maxime p̄inet ad  
clericos q̄ magi sūt obligati ad s̄bueniendū indi  
gētib⁹. xvi. q. i. c. qm̄ gēgd. z. xij. q. i. c. vidētes.  
**I**te vid⁹ z tene mēti nō. dēz **Im.** i. c. vnico d ob.  
ad rōci. z seqt **Arch.** i. c. p̄uenit. lxxx. dif. vbi dīc  
q̄ iura dicētia clericū nō dōbē suscipere aliquā pro  
curatōez vel aduocatōez vel similia puta fideiuf  
sionē debz itelligi q̄si cleric⁹ gñalit vult hoc offi  
ciuz assumere. sec⁹ si vnū negociū vult exercere  
ita dicendū in propp̄sito. nō arbitrarer peccatū  
sed pōt meritū si cleric⁹ quādoqz fideiuberet  
p̄ laico indigente. s̄ nō debet se indiffēter im  
miscere huiusmodi fideiussionib⁹ sicut forte fa  
ciebant quidaz q̄ dederūt causam huic p̄stitutōi

**I**tem scias q̄ licet clericus sit idoneus fide  
iussor in contractu nō tamē est idoneus de iudi  
cio s̄isti. quia debet esse fideiussor eiusdē fori cu  
ius ē p̄ncipalis vl' renūciare foro suo. vt in. l. i. ff.  
si quis in ius voca. quod clericus nō potest. c. si  
gnificasti. de fo. cōpe. ideo dicit **Barto.** in. l. ij. ff.  
eo. titu. q̄ obligatus ad dandum fideiussorem  
de iudicio s̄isti non releuatur dando clericuz ra  
tione p̄dicta. **Q**uarto p̄ncipaliter alij intel  
ligunt hunc tex. quando clericus alterius ecclie  
sue collegiate vult fideiuberē vltra summaz com  
muni p̄ouidentia cōstitutaz prout habetur in. c.  
q̄ quibusdam. j. eo. z quelibet lectura potest sal  
uari cum distinctionibus p̄cedentib⁹. **S**e  
cundo p̄ncipaliter quero vnde debet abijci cle  
ricus contrafaciendo cum tex. hic simpliciter di  
cat abijciatur. tres dantur intellectus. **P**rimus  
q̄ d̄z abijci cleric⁹ ab ecclia. **S**ecūdu⁹ q̄ a cle  
ro. z hoc p̄cedente trina monitione s̄m **Post.**  
**T**ertius q̄ debet abijci z repellī a fideiussione  
id est q̄ non debet recipi in fideiussorēz. **E**x hoc  
vltimo intellectu arbitroz posse colligi hanc p̄a  
cticam q̄ si obligatus ex contractu ad dandum  
fideiussorem vel ex statuto producat clericum  
possit aduersarius licite recusare z non recipere  
clericum in fideiussorem quod nota.

**P**eruenit **Q**uod dicitur de  
ricus seruari si  
de iussorem indēnz e per assignatōez  
reddenduz suozum. z si intelligeretur tex. de red  
ditib⁹ beneficiorum. vt est communis docto. in  
tellectus. esset hic casus notabilis z valde singu  
ris probans q̄ ex redditibus beneficiorum po  
test satisfieri creditoribus clericorum. de quo. j.  
dicam latius. in p̄ima impetrantis conquestio.  
in secunda cause cōmissio. ibi neigitur. **Q**uo